

tum per dictum qd. Angelum Aloysie predicte *etc.* Instet dicta Aloysia ut petat vendere bona Angele in pupillari etate constituta *etc.* Bona vero ipsa prout in ipso decreto continebantur sunt hec. Sexta parte pro indiviso unius domus, cum sexta parte cellariorum, curtis, putei, cisterne sistentium in domo predicta. Cuius domus relique quinque partes sunt Ambrosii Umfredi Bonelli; que domus sita est in pictagio Sepulcri ipsius terre, juxta domum Ambrosii domini Iacobi Bonelli. a media transenda, juxta domum Risuli domini Corradi de Marra *etc.* Tres partes pro indiviso unius pecie terre extra menia, in loco ubi dicitur ortus Sancte Lucie, que pecia nunc est ipsius Ecclesie Sancte Lucie et posita est, juxta Ecclesiam novam S. Lucie, iuxta ortum domine Cite de iudice Gaudio *etc.* et Nappus unus de argento ponderis unciam novem et tarenorum viginti duorum et medii *etc.* Propter quod ipsa Angela vendidit Monialibus S. Lucie ipsas tres partes pecie terre supradicte per unciam undecim et tarenos septem et medium in Karolenis argenti *etc.* Quod scripsi Ego notarius *etc.*

† Ego Umfredus Bonellus testatur.

† Ego bono anno (*sic*) de Iudice Filippo t. s.

† Ego Moctulus de Lilla t. s.

N. 158.

A. D. 1337

(20 febbraio; Indiz. V)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Leonardus Manganus not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,33; larg. m. 0,27.
<i>Scrittura</i>	Gotica trascurata.
<i>Contenuto</i>	I nobili <i>Iohannes, Thomas e Riso de Marra, filii qd. Corradi de Marra</i> e i signori <i>Riso et Angelus, f. qd. Petri de Marra</i> , tutti di Barletta, dichiarano che il loro avo paterno legò <i>pro anima</i> alla Chiesa di S. Maria Maggiore di Barletta una sua casa, posta <i>in pictagio Sancti Sepulcri, in Ruga francesca</i> ; e che non avendo i preti di S. Maria soddisfatto agli obblighi assunti i Della Marra revocano a sè la detta casa assegnandola all'abate <i>Bartholomeus de Luca</i> e a <i>dompnus Matheus de Sanctoro</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo septimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo octavo Mense februarii die vicesimo eiusdem quinde Indictionis apud Barolum. Nos Nicolaus Iacobi de Lauretta Regalis Baroli Iudex. Leonardus manganus puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti *etc.* fatemur quod predicto die constituti Nobiles viri dominus Iohannes de marra, dominus Thomas de marra Riso de Marra fratres filii et heredes qd. domini Corradi de marra dominus Riso de marra et Angelus de marra fratres filii et heredes qd. domini Petri de marra concives nostri voluntarie asseruerunt coram nobis qd. virum Nobilem dominum Risonem de marra avum eorum paternum in suis ultimis constitutum legasse Clericis et presbiteris Maioris Ecclesie Sancte Marie de Barolo pro cantandis missis in dicta Ecclesia pro anima sua Domum unam sitam intus